



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Poesis Sacra Sive Vitae, Mortis, Et Resurrectionis
Salvatoris Nostri Jesu Christi Historia**

**Hermann, Joachim Heinrich von
Hildesii, 1743**

VD18 10904743

2nò. Magna piscum captura; & primorum quinque Discipulorum voeatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68828](#)

Hic Te, speramus, melior fortuna manebit.
 Ex cathedris Divina doces; miracula cives
 Attonitos repetita tenent; fert rumor in omni
 Terras, quod tandem Messias venerit. Inter
 Dogmata sacra, virum mandat Synagoga, malum
 Dæmone correptum, produci; voce tremenda
 Tartareus Stentor clamat: Quid perdere tem
 Nos, o Sancte Dei (bene notus Dæmoni Christi)
 Quid tibi nobiscum? sine nos, in pace relinqu Isai
 Quis sis, unde tibi sit tanta potentia, novi. (gn Ne
 Increpat hunc Christus: Tace & obmutescet ma Fel
 Et subito egrediaris! humi projectus, ut angu At
 Volutur, obfessus; prostrato exire severis Acc
 Imperat ille minis: tandem migrat improb Pra
 Omnes perculsi rerum gravitate, rogarunt, (host Pet
 Quem dicemus eum, qui talia mira patrav Par
 Ejecitque foras Stygii fera monstra Tyranni? Na
 Nemo Patrum majora dedit miracula Mundo Ad
 Credimus esse Dei missum, magnumq; Prophetar Imp
 Plaude Capharnaüm ter fausto fidere plenum In
 Quod gremio foveas legatum ingentis Olympi Que
 Mov

POESEOS SACRÆ ET PARTIS SECUNDA

INDUCTIO SECUNDA.

S. MARCUS. CAP. I.

Et præteriens secus Mare Galilææ, vidit Simonem & Al Reti
 dream fratrem ejus mittentes retia in Mare (erant enim Tar
 pescatores) & dixit eis Jesus: Venite post me; faciam vo
 fieri pescatores hominum. Et protinus relictis retibus secut
 sunt eum. Et progressus inde pusillum, vidi Jacobum Ze
 bedæ & Joannem fratrem ejus & ipsos componentes reti Pro
 in navi, & statim vocavit illos. &c. Ind
 SY.

SYNOPSIS.

Dominus & Salvator noster Iesus Christus post immanem pīscis-
um capturam, in discipulos assumit Petrum & Andream,
Iacobum, Ioannem & Mattheum: docet in monte ecto Beati-
tudines, atque ad mare Galileum, & in vicinia mysteriosè
concionatur.

Ex patriâ, nuper sicut memoravimus, urbe
Ejectus Salvator amat, præsagia magni
Isaiæ Vatis tandem impleturus, adire
(gr Nephthalin & Zabulon, patrii confinia Ponti. Isa. 9.
Mat. 4.

Felices populi! mersis caligine mortis,
Æternæ vobis clarissima lumina vitæ
Accensurus adest Christus: concurrete cives!
Prædicat ad littus Galilæi marmoris! adsunt
Petrus & Andreas; adsunt quoque patre relicto
Par Zebedaiadūm, resuentes retia. Christus
Navigium Petri, docturus ad Æquoris oras
Adstantem populum, concendit. Fine sacratis
Imposito monitis, Petrum jubet altius ire
In pelagi campos, & retia solvere: Petrus,
Quem Præceptoris Divini concio totum

Moverat, assensum tribuit, replicatque: Magister,
Quamvis præteritæ conatu noctis inani
Tædeat, incassum steriles iterare labores;
Té perhibente tamen, monitisque faventibus usi,
Prompta relaxantes jaciemus retia: forsitan
Nocte dies melior reparabit damna laborum.
Retia jactantur; pisces implere sagenas,
Tantaque captorum sociari copia cœpit,
Ut superimpletas naves propè mergeret ambas.
Tanto prodigo Simon stupefactus, Iesu
Prosternit fœse, peccatorēmque professus,
Indignam reputat Christo sessore carinam.

E 5

Chri-

Christus amans humiles, inquit: Nolite timer
 Promittitque viris, mutatâ sorte futurum,
 Ut non a quoreo capiant ex gurgite pisces,
 Sed retrahant animas tractu meliore profun
 Ex scelerum barathro; sua dummodò jussa sequa
 Hæc Christi Domini movet invitatio Petrum, (t)
 Andreamque Petri germanum linquere nav
 Et Zebedaiadas, navim cum patre. Beati, His
 Quos ad Apostolicum manus Deus ipse vocav
 Nulla dies abiit, quâ non nova signa viden
 Obstupuere: fugit morborum turba; juvant
 Quos elephantiasis labes probrosa, gravisq
 Naribus ex olidâ scabie inspirata mephitis,
 Fecerat exosos, detestandosque: molesto. Disc
 Quem mala membratim noctesque diésque dol
 Arthritis cruciat, curatur: dámque negaret Cor
 Accursus populi languentem sistere Christo, Non
 Ardua tectorum scandunt, tabulisque remot
 Per patulam mittunt duplicato fune lacunam Filii
 Ante pedes Domini; quem decumbentis aman Hisq
 Propitium reddunt lacrymæ, veniamque repor App
 Cùmque notarentur nigro sua verba lapillo, (tan Disc
 Consuetâ Christus verbi gravitate jubebat Felic
 Surgere languentem sanitumq; recedere, & ecco Cœle
 Exsilit hic lecto; stupefactaque turba fatetur, Felic
 Se proprio tetigisse Dei magnalia visu. Retr
 Prætereundo videt, vestigal, Regis in usu Felic
 Cogere Matthæum, quem vis abscondita ve Hasd
 Unius, quo Christus eum compellat, adegit Felic
 Ut quæ Mundus amat, magno promptissimu Just
 Jusserit æternum tanquam fugitiva valere. (au Felic
 Utque decoraret per honesto munia fine, Utp
 Lauta subalternis sociis convivia fecit; Felic
 Que

Quae aderat Christus primus conviva , suique
 Divini verbi præsentes melle refecit.
 Displicuit Scribis hæc conversatio ; culpant,
 Quod tantus comedat cum tali gente Propheta:
 Non opus est sanis Medici virtute , sed ægris,
 Christus ait ; nec se justos venisse vocatum,
 Sed peccatores noxarum fune solutum.
 His quoque Discipulos multum taxantibus inquit:
 Jejunent alii ; dico , minus esse decorum,
 Ut , dum sponsus adest , socii jejunia servent;
 Hoc absente dies venient , & congrua luctus
 Tempora , materiam multo paritura dolori.
 Post hæc sabbatico Pharisei tempore cernunt
 Discipulos Christi sata pertransire , famentes
 Carpere de spicis , extritaque mandere grana:
 Corripiunt illos graviter ; respondet Iesus:
 Nonne sub Achimelech Mystarum Principe fa-
 Esuriens David panes comedebat? & addit: (cros
 Filius est hominis Dominus , cui sabbata subsunt.
 Hisque refutatis , dum grandis copia vulgi
 Approperaret , abiit montis super ardua , turbas
 Discipulosque suos docturus Mystica , dicens:
 Felices inopes & egeni spirituales ;
 Cœlestis quoniam capient hæredia regni.
 Felices , placido qui semper pectore mites ;
 Retribuetur eis quoniam possessio Terræ.
 Felices animæ lugentes atque gementes ;
 Hasce refrigerii solatia digna manebunt.
 Felices , sacram fitientes esurientes
 Justitiam ; quoniam votum satiabitur horum.
 Felices , qui corde pio miserantur egenos ;
 Utpote quos Cœli miseratio certa sequetur.
 Felices , teneræ quos ornat candida mentis

Mundi.

Mundities ; quoniam Dominum sinè fine vi
 Felices animæ , fraternæ pacis amantes ; (bu
 Quippe vocabuntur siboles lectissima Divum
 Felices , gravium certamina dura dolorum Et co
 Qui pro justitia tolerant ; quia jure perenni Null
 Regna cohæredes Cœlestia participabunt. Litig
 Discipulósque affatus ait : Vos dico beatos, Extr
 Si vos persequitur . maledicit & omnia falsa Mosa
 Invidus adversum vos fingit crimina Mund Conj
 Talis enimverò tetigit pressura Prophetas. Quid
 Ergo triumphantes gaudete , recondita vo Alter
 In Cœlo fors ampla. Salem vos assero Tem spi
 Sal si tabuerit , quis eum fal condiet ? ultra Erue
 Nil valet ; unde foras projectus calce teret Expe
 Officium lucis modio lux tecta negabit; Quā
 Sed candelabris celsis impôsta vibrabit Con
 Fulgoris radios , illustrabitque penates. Nolu
 Urbs super excuso constructa cacumine mon Quin
 Omnibus appetet : sic exaltata per omnes Audi
 Fulgeat anfractus Mundi lux vestra , fidemq Ast e
 Augeat exemplo , Cœloque rependat honore Per C
 Nolo paternarum legum sacraria rumpi ; Aut T
 Implebo potius : totius fabrica Mundi, Aut H
 Cœlorūmque domus citius subversa peribunt Pérve
 Quām pereat postremus apex de lege, priusqua ollis
 Omnia finali fuerint impleta labore. Verifi
 Non imitabimini Scribas, contraria Legi Palio
 Justitiæque docent ; multò securius ibunt Sed p
 In Regnum Cœleste , meis hortatibus usi Non
 Audistis vetuisse Patres , occidere quemquam for
 Et de jure quidem; quibus hæc superaddo: reali tu
 Non caret iratus fratri ; minus ille , molesto e p
 Qui nocet alloquio; minimè , qui scommate lœditera
 Ho

e vios iracundos exspectat flamma Gehennæ.
 (bus) Hinc si dona paras Divis offerre ; memento,
 ivum Jè contra fratrem foveantur jurgia : vade,
 um Et compone priùs , quæ sunt contraria paci.
 nni Nulla in dissidio Superis oblata placebunt.
 Litigiis occlude viam , ne fortè severus
 os, Extremum jubeat Judex redhibere quadrantem.
 falsa Mosaicâ Patribus prohibetur lege, sacratos
 und Conjugii violare toros ; ego strictior addo,
 . Quòd , quicunque malo fervore libidinis ustus,
 vo Alterius thalamo junctam , castamve puellam
 Tem spicit , hanc animo jamtum vitiâsse putetur.
 ltra Erue , si noceant oculi ; si membra , recide.
 eret Expedit , ut Cœlo luscus , claudusve fruaris,
 Quàm miser æterno properes in Tartara lapsu.
 Concessum proavis connubia solvere : castam
 Nolumus expelli , nè forsan adultera fiat:
 non Quin & adulterii reus est , qui duxerit illam,
 s Audistis veteri perjuria lege vetari;
 emq Ast ego præcipio , nunquam jurare , nec ipsum
 ore Per Cœlum , cùm sit solium sublime Tonantis;
 Aut Terram , siquidem pedibus substernitur ejus;
 Aut Hierosolymam , cùm sit dom⁹ inclita Regum;
 oul Perve caput proprium , cùm nec mutare capillum
 squallis : fit tua vox : est ; non : nihil amplius
 Verificata satìs , si sis sincera locutus. (adde;
 Fallo prisorum viguit sub tempora Patrum;
 sed præ vindictâ mihi mansuetudo probatur.
 Non obsiste malis : inimico porrige dextram,
 quanti fors maxillam percusserit ille sinistram.
 creati tunicam rapuit , dimitte & pallia. Siquis
 festole per millenos passus angariat ire,
 Iædilta continua pergens duo millia junge.
 Ho

Sit

Sit quicunque velit, præcordia pande rog^{Sup}
 Nec foribus præfige seram, si fortè petant^{Cor}
 Mutua: perfectæ sunt hæc paradigmata^{Mag}
 Difficilis labor esse nequit, si diligo amico^{Flu}
 Interea infestos odio succensus in hostes: Nar
 Lex nova, quam Mundi populis manifesto, req^{Po}
 Offensam, sit magna licet, dimittere no^{to}
 Hostibus ex animo. Quin & sublimius ad^{Et}
 Ingenuo vestros inimicos cordis amore^{Syna}
 Stringite, certantes benefactis; proque malis^{trum}
 Qui vos blasphemant, veniam pacemque^{ur a}
 Ut Patris æterni, Cœlesti habitantis in aula^D
 Ingenui fitis pueri; reprobisque, bonisq^{pr}
 Qui facit æqua sui solatia Solis oriri,
 Qui pluviam justis, simul & dispensat iniquis^{Am}
 O bonitas immensa Dei! quis justior illo?
 Et tamen injustos tolerat; patiturque per illis^{Am}
 Affligi vario mœrorum turbine justos.
 Hæc imitandorum sublimis regula morum,
 Servat ab interitu justos, confundit iniquos^{Mat}
 Congregat electos Cœlo, reprobisque minas^E
 Ignis Avernal is cruciatus. Ergo fideles^{Sic}
 Discipuli, Mundo meritis ostendite vestris^{Noti}
 Vos ex Patre Deo genitos, virtutibus uti,^{Amb}
 Quas, ut Divinas, Dominus sibi vendicat^{Qui}
 Perfecti, sicut Pater Augustissimus ille,^{Paup}
 Qui solo astriferos nutu circumvehit orbes^{Abd}
 Et regit occultas causas, & amabile verum.^{Nef}
 Non ferit injustos, quamvis manus utraque fl^{Suff}
 Ardeat, & rapidis colluceat ignibus æther.^{Ex}
 Longanimis, mitisque manet parcendo, maligni^{Am}
 Exspectat reduces, patriisque amplectitur ul^{Pleb}
 Auxiliatrices lapsis, si surgere tentant,^S

rog Supposuisse manus , prompto dignatur amore.
 tanti Congaudent Superi , si quis, submersus abyss^o Luc.
 ata v Magnorum scelerum , Domino tribuente profun-¹⁵.
 mico Fluctibus emergat . Sapiens patientia Patris: (dis-
 es: Nam totum variis concivibus implet Olympum.

POESEOS SACRÆ ET PARTIS SECUNDÆ INDUCTIO TERTIA.

S. MATTH. CAP. 6.

Te autem faciente eleemosynam , nesciat sinistra tua , quid
 faciat dextera tua , ut sit eleemosyna tua in abscondi-
 to ; & Pater tuus , qui videt in abscondito , reddet tibi .
 Et cum oratis , non eritis sicut hypocritæ , qui amant in
 Synagogis & in angulis platearum stantes orare , ut videan-
 tur ab hominibus . &c.

SYNOPSIS.

Dominus & Salvator noster Jesus Christus Discipulis & audi-
 toribus suis ostendit modum eleemosynas erogandi , methodum
 prescribit Cœlestem Patrem exorandi , plurésque honorum ope-
 rum species , inter operandum miracula nervosè explicans .

Omnia , quæ fastus scelerum turpissima mater
 Edidit in lucem (licet in se digna probari)
 Matris in opprobrium nigro carbone notantur .
 Sic Pharisaorum celebris largitio , vulgo
 Notificata tubis , spurcum redolebat odorem
 Ambitionis ; & hinc meritò discessit inanis .
 Quidquid in occulto , Domini solius amore ,
 Pauperibus dabitis , magnâ , qui grandis abyssi
 Abdita conspectu penetrat , mercede rependet .
 Nesciat una manus , quid egenis altera donet . Matt.
 Sufficit à Divis hæc occultata notari . 6.
 Ex simili manat probitas simulata fluento :
 Ambit enim vanam perversus hypocrita laudem
 Plebis , & hinc cassis querit loca publica votis ;

Quod